nus oībus sanctis eiꝰ:filiis israel populo appropinquāti
sibi antate dño canticū nouū:laus eius in ecclesia san
ctorū etetur israel in eo qui fecit eū:⁊ filie syō exultent
in rege suo audent nomē eius in choro: in tympano et
psalterio psallāt ei. uia beneplacitū est dño in populo
suo:⁊ exaltauit māsuetos in salutē xultabūt sancti in
gloria:letabūtur in cubilibꝰ suis xultatiōes dei in gut
ture eoꝝ:⁊ gladii ancipites in manibꝰ eorū. d faciendā
vindictā in nationibꝰ:increpatiōes in populis d alli
gandos reges eoꝝ in compedibꝰ: ⁊ nobiles eorū in mani
cis ferreis t faciāt in eis iudiciū conscriptū:gloria hec
est oībus sanctis eiꝰ audate dñm in sāctis eius: lauda
te eū in firmamēto virtutis eiꝰ audate eū in virtutibꝰ
eius:laud eū scdm multitudinē magnitudinis eiꝰ au
date eum in sono tube: laudate eū in psalterio ⁊ cythara.
audate eū in tympano ⁊ choro: laudate eū in cordis et
organo. audate eū in cymbalis benesonantibus laud
eum in cymbalis iubilationis :omnis spūs laudet dñm.
loria patri. ā. Pulchra es et decora filia hierusalem
terribilis vt castrorū acies ordinata Capitulum.



Jesus aūt iclinans se deorsū digito scribeb.



De quinque panibus et duobus piscibꝰ. Jo. 6.









·Sibilla·libica·

Ideru͂t eam filie ſyon et beatiſſimā predicauerunt et regine laudaueru͂t eam. Deo gratias. Hy⁹

Glorioſa dn̄a excelſa ſupra ſydera: qui te creauit prouide lactaſti ſacro vbere. Quod eua triſtis abſtulit tu reddis almo germine: intrent vt aſtra flebiles celi feneſtra facta es. Tu regis alti ianua ⁊ porta lucis fulgida: Vitā datā per virginem gentes redempte plaudite. Gloria tibi dn̄e qui natus es de virgine. Vtš. ℣. Benedicta tu in mulieribus. ℞. Et benedictus fructus vētris tui. ā. Beata dei genitrix.

Canticum zacharie.

Benedictus dn̄s deus iſrael: quia viſitauit et fecit redemptionē plebis ſue. Et erexit cornu ſalutis nobis: ī domo dauid pueri ſui. Sicut locutus eſt per os ſctōrum: qui a ſeculo ſunt prophetaru͂ eius. Salutē ex inimicis noſtris: ⁊ de manu oīm qui oderu͂t nos. Ad faciendā miam cu͂ patribus noſtris: ⁊ memorari teſtamēti ſui ſancti. Iuſiurandu͂ quod iurauit ad abrahā patrem noſtru͂: daturum ſe nobis. Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati: ſeruiamus illi. In ſanctitate et iuſticia corā ipſo: omnibus diebus noſtris. Et tu puer propheta altiſſimi vocaberis: preibis enim ante faciē dn̄i parare vias eius. Ad dandā ſcientiā ſalutis plebi eius: in remiſſionē peccatoru͂ eorum. Per viſcera mīe dei noſtri: in quibus viſitauit nos oriens ex alto. Illumīare his qui in tenebris et in vmbra mortis ſedēt: ad dirigendos pedes noſtros in viā pacis. Gloria. ⁊c. ān. Beata dei genitrix maria virgo perpetua templu͂ dn̄i ſacrariu͂ ſpiritusſcti: tu ſola ſine exēplo placuiſti dn̄o noſtro ieſu xp̄o. ora pro populo interueni pro clero intercede pro deuoto femineo ſexu. Kyrieleyſō. Chriſte el̄. Kyriel̄. Dn̄e exaudi. Et cla. or̄.

Deus qui de beate marie v̄ginis vtero verbu͂ tuum angelo nu͂ciāte carnē ſuſcipere voluiſti: preſta ſupplicibus tuis: vt qui vere eā dei genitricē credimus: eius



Et cu͂ itinxiſſet panē dedit iude ſymōis ſca.



Cōſtitueru͂t ei trigita argēteos et exide. ⁊c̄







Sibilla Europa



apud te intercessionibus adiuuemur. Per xpm.
Cōmemoratio de sanctis. a͞. Sancti dei oēs intercede
te dignemini pro nostra oīumqȝ salute. ℣. Letamini in dn̄o
ꝛ exultate iusti. Et gloriamini oēs recti corde. Oremus.
PRotege dn̄e populū tuū et apostolorꝫ tuorꝫ petri et
pauli et aliorꝫ apostolorū patrocinio cōfidentē per
petua defensione conserua. Per.
OMnes sancti tui qs dn̄e nos vbiqȝ adiuuēt vt dū
eorū merita recolimus patrocinia sentiam⁹. ꝛ pa
cem tuā nostris cōcede tēporibus: ꝛ ab ecclesia tua cunctā
repelle nequiciā. Iter/actus/et voluntates nostras: ꝛ om
niū famulorꝫ tuorū in salutis tue ꝓsperitate dispone: Bene
factoribus nostris sempiterna bona tribue: et omnibus fi
delibus defunctis requiē eternā concede. Per dn̄m. Dn̄e
exaudi. Et clamor. Benedicamus dn̄o. Deo grās. Fide
lium aīe defunctorꝫ per mīam dei requiescant ī pace. amē.
Aue stella matutina peccatorū medicina mundi prin
ceps et regia vgo sola fuisti digna: idcirco int̄ tela īimici
clypeum pone salutis tue titulū virtutis. Tu es enī vir
ga iesse in qua deus fecit esse aaron amigdalū mundi tol
lens scandalū. Tu es area cōpluta celesti rore imbuta sic
co tamen vellere: tu nos in hoc carcere solare propicia dei
plena gratia. O virgo dei electa esto nobis via recta ad
eterna gaudia vbi pax et gloria: ꝛ nos semp aute pia dul
cis exaudi maria. ℣. Dignare me laudare te virgo sacra
ta. ℟. Da michi virtutē cōtra hostes tuos. Orem⁹.
GRatiā tuā qs dn̄e mentibus nostris infunde: vt q̇
angelo nunciante christi filii tui incarnationē co
gnouimus: per passionē eius et crucē ad resurrectiōis glo
riā perducamur. Per dn̄m. ꝛc.

Ad matutinas de cruce.




Ut ergo dixit eis ego sū abi erūt retrorsū.




Quēcūqȝ osculat⁹ fuero ipe ē tenete eum









Adduxerūt eū
ad annā primū
Johānis xviii.

prophetisa no
bis xp̄e qs est q
te percussit.





Domine labia mea aperies t os meum an
nunciabit laudem tuam eus in adiutoriū
meum intende omine ad adiuuandum me
festina loria patri et filio et spiritui sācto.



sibila agripa



Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula secu
lorũ. Amen. An. Salue crux preciosa que in sanguine chri
sti dedicata es: et ex membris eius tanq̃ margaritis orna
ta. Hymnus.



Patris sapientia veritas diuina.
Deus homo captus est hora ma
tutina. A suis discipulis cito derelictus.
A iudeis traditus venditus et afflictus. ℣.
Adoramus te christe et benedicimus tibi.
℟. Quia per sanctam crucem tuam re-
demisti mũdum. Per signum sancte cru-
cis liberet nos de inimicis nostris. Dñs
deus noster. Domine exaudi orationem meã. Et clamor
meus ad te veniat. Oremus.



Quã accusatio
nẽ affertis aduer
sus hoiem hũc

Domine iesu christe fili dei viui pone passionẽ cru-
cem et mortem tuam inter iudicium tuum et aĩam
meam nunc et in hora mortis mee: et largiri digneris vi-
uis misericordiam et gratiam: defunctis requiẽ et veniã:
ecclesie tue pacem et veram concordiam: et nobis peccato
ribus vitam et leticiam sempiternam. Qui viuis et re-
gnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.



apprehẽdit py
lat' iesũ et flagel
lauit eũ. io. 19.

Ad matutinas de sancto spiritu.

∴ ∴ ∴ ∴









Uidēs pylatus
q2 nichil pfice-
ret accepta.rc.




Et baiulās si-
bi crucē exiuit
ī eū q̄ dr cal.rc







Domine labia mea aperies Et os meum an
nunciabit laudem tuam Deus in adiutoriū
meum intende Domine ad adiuuandum me
festina Gloria patri et filio:et spirituisācto.




Sibilla erithea

Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula secu lorum. Amen. Añ. Veni sanctespiritus reple tuorum corda fi delium et tui amoris in eis ignem accende. Hymnus

Nobis sanctispiritus gratia sit data. De qua Vir go Virginũ fuit obumbrata. Cum per sanctũ an gelum fuit salutata. Verbum caro factum est Virgo fecũ data. ℣. Emitte spiritum tuum et creabuntur. ℟. Et reno uabis faciem terre. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus da nobis illã sancti spiritus gratiam quã discipulis tuis in die sancto penthecostes transmisisti. Qui viuis et regnas deus per omnia secula seculorum. Amen.

Ad primam.



Crucifixerũt eũ et cũ eo alios duos hic et hic. &c.

Venit ioseph ab arimathia et tulit corpus iesu.



Attollite portas principes v'ras et eleuami. &c.



Surrexit nō ē hic: venite et videte locum. &c.





Deus in adiutoriū meū intende. Dñe ad adiuuandū me festina. Gloria patri & filio: et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper: & in secula seculorum amen. Hymnus.



Emento salutis auctor q̃ nostri quondam corpo-
ris ex illibata Virgine nascendo formã sumpseris
aria mater gratie mater mĩe tu nos ab hoste protege ꝛ
hora mortis suscipe. loria tibi domine qui natus es de
Virgine cum patre et sancto spiritu in sempiterna secula.
Amen. añ. Assumpta est. Psalmus.
Eus in nomine tuo saluũ me fac: et in Virtute tua
iudica me eus exaudi orõnẽ meã: auribus perci
pe Verba oris mei m alieni insurrexerunt aduersũ me
et fortes quesierũt aiam meã ꝛ non proposuerũt deũ ante
cõspectũ suũ cce enĩ deus adiuuat me: et dñs susceptor
est anime mee uerte mala inimicis meis: ꝛ in Veritate
tua disperde illos olũtarie sacrificabo tibi ꝛ cõfitebor
nomini tuo dñe qm̃ bonũ est m ex omni tribulatione
eripuisti me: ꝛ super inimicos meos despexit oculus meus
Enedixisti dñe terrã tuam: auertisti captiuitatem
iacob emisisti iniquitatem plebis tue: operuisti
oĩa peccata eoꝝ. itigasti omnẽ iram tuã: auertisti ab
ira indignationis tue õuerte nos deus salutaris noster
et auerte irã tuã a nobis unquid ineternũ irasceris no
bis aut extẽdes irã tuam a generatione ꝛ gñatione eꝰ
tu cõuersus Viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te.
stẽde nobis dñe miam tuam: ꝛ salutare tuũ da nobis
udiã quid loquatur in me dñs deus: qm̃ loquetur pa-
cem in plebem suam t super sanctos suos: ꝛ in eos qui
conuertuntur ad cor erũtamen prope timentes eũ salu
tare ipsius Vt inhabitet gloria in terra nostra ia ꝛ Veri
tas obuiauerũt sibi: iusticia et pax osculate sũt eritas
de terra orta est: et iusticia de celo ꝓspexit teni dñs da-
bit benignitatẽ: ꝛ terra nostra dabit fructũ suum usti-
cia ante eũ ambulabit: et ponet in Via gressus suos lia
Audate dominum omnes gentes: laudate eum
omnes populi. uoniam confirmata est super





Noli me tãgere nõdũ eĩ ascẽdi ad patrem.



Auete: ite nũciate fribus meis vt eãt i galt.











nos mīa ei⁹: ⁊ Veritas dñi manet ineternū. Gloria patri et filio. ⁊c. ān. Assumpta est maria in celum gaudent angeli laudātes benedicunt dominum. Capitulum.

Que est ista que progreditur quasi aurora cōsurgēs pulchra Vt luna electa Vt sol terribilis Vt castrorū acies ordinata Deo grās. ℣. Dignare me laudare te Virgo sacrata. ℟. Da michi vtutē cōtra hostes tuos. Kyrieleysō. Christe el. Kyriel. Dñe exaudi. Et cla. Orem⁹.

Deus qui Virginalem aulam beate marie Virginis in qua habitares eligere dignatus es: da quesum⁹ Vt sua nos defensione munitos iocundos faciat sue interesse cōmemorationi. Pro sanctis. ān. Sancti dei. ℣. Letamini in domino. ℟. Et gloriamini. ⁊c. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster ⁊ apostolorū tuorū petri ⁊ pauli ⁊ aliorū apostolorū nos tuere p̄sidiis quorū donasti fideles esse doctrinis. orō. Omēs sancti. Vtē Suprascripta cōmemoratio dicit̄ ad primā ⁊ ad septā et ad cōpletoriū. Ad primā de cruce. Deus in adiutoriū Dñe ad adiuuandū. ⁊c. ān. Salue crux. Hymn⁹.



Hora prima duct⁹ est iesus ad pilatum. Falsis testimoniis multū accusatū. In collo pcutiūt manib⁹ ligatū Vultū dei cōspuūt lumē celi gratū. ℣⁹. Adoram⁹ te. Dñe iesu. Ad. i. de sctō spiritu. Deus in adiutorium. Dñe ad adiuuandū. ⁊c. ā. Veni sancte. Hymn⁹.

De Virgine maria christus fuit natus. Crucifixus mortu⁹ atq3 tumulatus. Resurgens discipulis fuit demonstratus. Et ipsis cernentib⁹ celis eleuatus. ℣⁹. Emitte spiritū. ℟. Et renouabis. ⁊c. Oremus. Omnipotens sēpiterne de⁹. ⁊c.

Ad terciam.



Quō appuit iesus ioseph i carcere existēti.



Dū recūberet cū eis accepit panē ⁊ bñdi. ⁊c












Afferte de piscib⁹ quos prendidistis nunc.



Aeit iesus ⁊ stetit inmedio: et di. e. parvobis

Eus in adiutoriũ meũ intende. ñe ad adiuuandũ me festina. loria patri et filio. icut erat in principio ⁊ nunc et semper. ⁊c. Hymnus. emento. Ut supra. añ. Maria Virgo. Psalm⁹





sibila samie



AD dominū cum tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit
me. Dñe libera animā meam a labiis iniquis:et
a lingua dolosa Quid detur tibi aut quid apponatur tibi:
ad linguā dolosam Sagitte potētis acute: cum carboni
bus desolatoriis Heu michi quia incolatus meus prolō
gatus est habitaui cum habitantibus cedar:multū incola
fuit aīa mea Cum his qui oderūt pacē eram pacificꝰ:cū
loquebar illis impugnabāt me gratis Gloria patri. Ps.



repleti sūt omnes spiritu sancto. Actuū. 2.

LEuaui oculos meos in montes: Unde veniet au
xilium michi Auxilium meum a dño:qui fecit ce
lum ⁊ terram. Non det in commotionē pedem tuū: neqȝ
dormitet qui custodit te Ecce nō dormitabit neqȝ dormiet
qui custodit israel Dominus custodit te dominus prote
ctio tua:super manū dexteram tuā Per diem sol nō vret
te:neqȝ luna per noctē Dñs custodit te ab omni malo:cu
stodiat animam tuā dñs. Dñs custodiat introitū tuum
et exitū tuū:ex hoc nunc ⁊ vsqȝ in seculū. Gloria Ps.




Adorabimꝰ in loco vbi steterūt pedes eius.

LEtatus sum in his que dicta sunt michi: in domū
domini ibimꝰ Stantes erāt pedes nostri:ī atriis
tuis hierusalem Hierusalē que edificatur vt ciuitas:cu
ius participatio eius in idipsum Illuc enim ascenderūt
tribus tribus dñi: testimoniū israel ad cōfitendū nomini
dñi. Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes sup domū
dauid Rogate que ad pacē sunt hierusalē:et abundantia
diligentibus te. Fiat pax in virtute tua:et abundātia in
turribus tuis Propter fratres meos et proximos meos:
loquebar pacem de te Propter domū dñi dei nostri:quesi
ui bona tibi Gloria patri.ā. Maria virgo assumpta est
ad ethereū thalamū ī quo rex regū stellato sedet solio. Cā
ET sic in syon firmata sum et in ciuitate sanctifica
ta similiter requieui:et in hierusalē potestas mea.
Deo grās. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis. ℟. Pro
pterea benedixit te deus ineternū. Kyrieleyson. Christe el









Kyrieleyson. Dñe exaudi orationem meam. Et clamor
meus ad te veniat. Oremus.
Eus qui salutis eterne beate marie virginitate fe
cũda humano generi premia prestitisti: tribue q̃s:
vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus: per quã merui
mus auctorẽ vite suscipere: dominũ nostrũ iesum christũ
filium tuum. Amen. ãn. Sancti dei oẽs. ℣. Letamini. orõ
rotege dñe. mnes sancti. ꝛc. Vt supra.
A tertiam de cruce eus in adiutoriũ meũ intende.
ñe ad adiuuandum me festina. loria patri et filio:
et spirituisancto. icut erat in principio. ꝛc. ãn. Salue.



Ruci fixe clamitant hora tertiaꝝ
Illusus induitur veste purpura
tum. Caput eius pungitur corona spina
tum. Crucẽ portat humeris ad locũ pe
natũ. ℣. Adoramꝰ te. ñe iesu xpe. Vt s.
Ad terciã de sanctospiritu. eus in
adiutoriũ meum intende. ñe ad adiu
uandum loria patri. icut erat. ꝛc.
ãn. Veni sancte spũs. ꝛc. Hymnus.
Um sanctum spiritum deus delegauit. In die sã
cto penthecostes ipsos confortauit. Et de linguis
igneis ipsos inflãmauit. Relinquere orphanos eos dene
gauit. ℣. Emitte spiritum tuum et creabuntur. ℟. Et re
nouabis faciem terre. Oremus mnipotens sempiter
ne deus da nobis illam. ꝛc. Vt supra.

Ad septam.



Filie hierusalẽ nũciate dilecto q2 aõre lãgueo



ab oriẽte addu cã semẽ tuũ et ab occidẽte ꝛc.









Veni de libão spõsa mea veni coronaberis.



Filii mřis mee pugnauerũt cõtra me. Cãti. i.



DEus in adiutoriũ meũ intende. Dñe ad adiuuandũ me festina. Gloria patri ⁊ filio: et spirituisancto Sicut erat in principio et nunc. ⁊c. Hymnus Memento salutis. Vrš. ãn. In odorem. Ps.





D te leuaui oculos meos: q̄ habitas in celis. c
ce sicut oculi seruoꝝ: in manibus dominorum suo-
rum. icut oculi ancille in manibus domine sue ita ocu-
li nostri ad dominū deum nostrū: donec misereatur nostri.





afſligebat eos intātū vt expro braret. i. re. i.



Uade in pace deus isrl̄ dabit tibi petitōꝫ. t.











sibila cumana.





Cōcepit āna ꝛ
peperit filiam
ꝛadduxit eam



ad domum do
mini in sylo. i.
Regum. i.



iſerere noſtri dñe miſerere nrī:qꝛ multū repleti ſumus
deſpectione uia multū repleta eſt aīa noſtra: opprobri
um abundantibus et deſpectio ſuperbis. loria patri.
Iſi quia dñs erat in nobis dicat nūc iſrael: niſi qꝛ
dñs erat in nobis um exurgerent hoīes in nos:
forte viuos deglutiſſent nos um iraſceretur furor eoꝝ
in nos: forſitan aqua abſorbuiſſet nos orrentem per
tranſiuit anima noſtra: forſitan pertranſiſſet anima no
ſtra aquam intolerabilem enedictus dñs qui non dedit
nos:in captione dētibus eorum nima noſtra ſicut paſ
ſer erepta eſt:de laqueo venantium aqueus contritus
eſt:et nos liberati ſumus diutorium noſtrū in nomine
dñi:qui fecit celum et terram loria patri. ps.
Ui confidunt in domino ſicut mons ſyon:non com
mouebitur ineternum q̇ habitat in hieruſalem ō
tes in circuitu ei⁹ et dominus in circuitu populi ſui:ex hoc
nunc et vſqꝫ in ſeculum uia non relinquet dñs virgā
peccatorum ſuper ſortem iuſtorum: Ut non extendant iu
ſti ad iniquitatem manus ſuas enefac domine: bonis
et rectis corde eclinātes autem in obligatiōes adducet
dominus cum operantibus iniquitatem: pax ſuper iſrael
loria patri et filio et ſpiritui ſancto icut erat. ꝛc. ān
In odorem vnguentoruꝫ tuorum currimus adoleſcentu
le dilexerunt te nimis. Capitulum.
T radicaui in populo honorificato et in partes dei
mei hereditas illius ꝛ in plenitudine ſanctorum de
tentio mea. Deo gratias. ℣. Benedicta tu in mulieribus
℞. Et benedictus fructus ventris tui. Kyrieleyſō. Chri
ſte eleyſon. Kyrieleyſon. Domine exaudi orationem me
am. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.
Oncede miſericors deus fragilitati noſtre preſidi
um: Ut qui ſancte dei genitricis et virginis marie
memoriam agimus: interceſſionis eius auxilio a noſtris




sibila erichea

iniquitatibus resurgamus. Per dominum nostrum. &c. ān. Sancti dei. ℣. Letamini. Et gloriamini. &c. Oratio. xaudi nos mnes sancti. Vt͡s. Ad septā de cruce eus in adiutorium meū intende omine ad adiuuandum me festina loria patri. ān. Salue crux. Hymnus



ora sexta iesus est cruci conclauatus. Et est cum latronibus pēdens deputatus Pre tormentis sitiēs felle saturatus. Agnus crimen diluit sic ludificatus. ℣. Adoramus te. Orō. ñe iesu christe. Vt͡s. Ad septam de sancto spiritu eus in adiutorium meum intēde ñe ad adiuuandū me festina. loria patri. icut erat in principio. &c. ān. Veni sancte spiritus. Hymnus.

Eptiformem gratiam tunc acceptauerunt. Quate ydiomata cuncta cognouerūt. Ad diuersa climata mundi recesserunt. Et fidem catholicam tunc predicauerunt. ℣. Emitte spiritum tuum et creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terre. Oremus. mnipotens sempiterne deus da nobis illam sancti spiritus. Vt͡s.

Ad nonam


Qualiter opabatur maria arte textoria.


Cū eēt desponsata mater iesu maria ioseph.















Missus est ga-
briel ãgelꝰ a do
i ciuitatē gali.



Joseph noli ti-
mere accipere
mariã i ɔiugē.





Deus in adiutoriū meū intende. Dñe ad adiuuan-
dū me festina. Gloria patri et filio. Sicut erat
in principio ⁊ nunc et semper. ⁊c. Hymnus.
Memento. Ut supra. ãn. Pulchra es. Psalmꝰ.





N conuertendo dominus captiuitatem syon: facti
sumus sicut consolati unc repletum est gaudio
os nostrum: et lingua nostra exultatione. unc dicent
inter gentes: magnificauit dominus facere cum eis a
gnificauit dñs facere nobiscū: facti sumus letātes on
uertere dñe captiuitatē nostrā: sicut torrens ī austro. ui
seminant in lachrymis: in exultatione metent. untes
ibant et flebant: mittentes semina sua enietes autē ve
nient cum exultatione portantes manipulos suos. loria.
Isi dominus edificauerit domum: inuanum labo
rauerunt qui edificant eam. isi dominus custo
dierit ciuitatē: frustra vigilat qui custodit eā. anū est
vobis ante lucem surgere: surgite postq̄ sederitis qui mā
ducatis panē doloris. um dederit dilectis suis somnū:
ecce hereditas dñi filii merces fructus ventris. icut sa
gitte in manu potentis: ita filii excussorum. eatus vir
qui impleuit desiderium suum ex ipsis: non confūdetur cū
loquetur inimicis suis in porta. loria patri. Ps.
Eati omnes qui timent dominum: qui ambulant
in viis eius. abores manuum tuarū quia mā
ducabis: beatus es et bene tibi erit. xor tua sicut vitis
abundans: in lateribus domus tue. ilii tui sicut nouel
le oliuarum: in circuitu mense tue. cce sic benedicetur
homo: qui timet dominum. enedicat tibi dominus ex
syon: et videas bona hierusalem omnibus diebus vite tue
t videas filios filiorum tuorum: pacem super israel.
loria patri. ān. Pulchra es et decora filia hierusalem
terribilis vt castrorum acies ordinata. Capitulum
N plateis sicut cynamomum et balsamum aro
matizans odorē dedi quasi mirra electa dedi sua
uitatem odoris. Deo gratias. ℣. Post partum virgo in
uiolata permāsisti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis
Kyrieleyson. Christe eleyson. Kyrieleyson. Domine ex



exurgēs ioseph a sōno accepit cōiugē suam.



Pepit filiū su um priogeitū r pānis eū. rc.







Sibilla libica

audi orationē meā. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

Famulorū tuorum quesumus domine delictis ignosce: Ut qui tibi placere de actibus nostris non valemus genitricis filii tui domini nostri iesu christi intercessione saluemur. Per dominum. an. Sancti dei omnes. ℣. Letamini in dño et exultate iusti. ℟. Et gloriamini. orõ.

Presta quesumus omnipotens deus ut nullis nos permittas perturbationibus concuti quos in apostolice confessionis petra solidasti. Omnes sancti. Uts.

Ad nonam de cruce. Deus in adiutoriū meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri. Sicut erat. &c. an. Veni sancte. Hymnus.



Hora nona dominus iesus expirauit. Hely clamās animā patri cōmendauit. Latus eius lancea miles perforauit. Terra tunc contremuit & sol obscurauit. ℣. Adoramus te xp̄e. Orõ. Domine iesu christe. Uts. Ad nonam de sanctospiritu Deus in adiutorium meū intende. Dñe ad adiuuandum. Gloria patri. Sicut erat. &c. ā. Veni sancte. Hy⁹

Spiritus paraclytus fuit appellatus. Donum dei caritas fons viuificat⁹. Spiritalis unctio/ignis inflammatus. Septiformis gratia/carisma vocatus. ℣. Emitte spiritum tuum et creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terre. Oratio. Omnipotens sempiterne. Uts.

Ad vesperas.

Postq̃ cõsummati sunt dies octo vt cir. &c.

Ubi ē q̄ nat⁹ ē rex iudeoꝝ vidim⁹ ei stel. &c.

Sibilla albana







Uox in rama plorat⁹ et vlulatus. ⁊c̃.



Ipe ꝯfriget simulacra eoꝝ: depopl'abit'. et c̃.



Deus in adiutoriū meū intende. Dñe ad adiuuandū me festina. Gloria patri et filio. Sicut erat in principio ⁊ nunc et semper: et in secula seculorū Amen. an. Dum esset. Psalmus.





Sibila Samie

D Jxit dominus domino meo: ſede a dextris meis D o
nec ponam inimicos tuos: ſcabellum pedum tuorũ
V irgam virtutis tue emittet dñs ex ſyon: dominare in
medio inimicorum tuorum T ecum principium in die vir
tutis tue in ſplendoribus ſanctorũ: ex vtero ante luciferũ
genui te J urauit dñs et nõ penitebit eum tu es ſacerdos
ineternum: ſecundum ordinem melchiſedech D ñs a dex
tris tuis confregit in die ire ſue reges J udicabit in natio
nibus implebit ruinas conquaſſabit capita in terra mul
torũ. D e torrente in via bibit: propterea exaltauit caput
G loria patri. ã. Dum eſſet rex in accubitu ſuo nardus
mea dedit odorem ſuauitatis. ãn. Leua. L Pſalm⁹.



Stupebãt aũt
oẽs ſup prudẽ
tia et rñſis ei⁹.

L Audate pueri dominum: laudate nomen dñi. S it
nomen dñi benedictum: ex hoc nunc et vſqz in ſecu
lum A ſolis ortu vſqz ad occaſum: laudabile nomen dñi
E xcelſus ſuper oẽs gentes dñs: ⁊ ſuper celos gloria ei⁹
Q uis ſicut dñs deus noſter qui in altis habitat: ⁊ humi
lia reſpicit in celo et in terra. S uſcitans a terra inopem
et de ſtercore erigens pauperem V t collocet eum cũ prin
cipibus: cũ principibus populi ſui Q ui habitare facit ſte
rilem in domo: matrẽ filiorum letantem G loria patri et
filio. S icut erat in principio. ã. Leua ei⁹ ſub capite meo
et dextera illi⁹ amplexabit me. ãn. Nigra ſũ ſed formoſa
filia hieruſalem ideo dilexit me rex et ĩtroduxit me ĩ cubi
culũ ſuũ. ps. L etat⁹ ſum. ãn. Jam hyems trãſiit ymber
abiit et receſſit ſurge amica mea et veni. ps N iſi domin⁹
edificauerit. ãn. Specioſa. L Pſalmus.



Nuptie fcte ſũt
ĩ chana galilee
et erat mr̃ ieſu

L Auda hieruſalem dominum: lauda deum tuum
ſyon Q uoniam confortauit ſeras portarum tua
rum: benedixit filiis tuis in te. Q ui poſuit fines
tuos pacem: et adipe frumenti ſatiat te. Q ui emittit elo
quium ſuum terre: velociter currit ſermo eius. Q ui dat
niuem ſicut lanam: nebulam ſicut cinerem ſpargit.









ittit cristallum suam sicut bucellas: ante faciē frigo-
ris eius quis sustinebit. mittet verbum suū et liquefa
ciet ea: flabit spiritus eius et fluent aque. ui annūciat
verbum suum iacob: iusticias et iudicia sua israel. on
fecit taliter omni nationi: et iudicia sua non manifestauit
eis. loria patri. ān. Speciosa facta es et suauis in deli
ciis tuis sancta dei genitrix. Capitulum.
Ab initio et ante secula creata sum: et usqz ad futu
rum seculum nō desinam: et in habitatione sancta
coram ipso ministraui. Deo gratias. Hymnus
ve maris stella dei mater alma atqz semper vir-
go felix celi porta. umens illud aue gabrielis
ore funda nos in pace mutans nomen eue olue vincla
reis profer lumen cecis mala nostra pelle bona cuncta po
sce. onstra te esse matrem sumat per te preces qui pro no
bis natus tulit esse tuus. irgo singularis inter om-
nes mitis nos culpis solutos mites fac et castos itam
presta puram iter para tutum: ut videntes iesum semper
colletemur. it laus deo patri summo christo decus spi-
rituisancto trinus honor unus. Amen. ℣. Diffusa est
gratia in labiis tuis. ℟. Propterea benedixit te deus in
eternum. ān. Beata mater.

Canticum beate marie.

Magnificat: anima mea dominum. t exultauit
spiritus meus: in deo salutari meo uia respexit
humilitatem ancille sue: ecce enim ex hoc beatā me dicent
omnes generationes uia fecit michi magna qui potēs
est: et sanctum nomen eius t misericordia eius a proge-
nie in progenies: timentibus eum ecit potētiam in bra
chio suo: dispersit superbos mente cordis sui eposuit po
tentes de sede: et exaltauit humiles. surientes impleuit
bonis: et diuites dimisit inanes uscepit israel puerum
suum: recordatus misericordie sue. icut locutus est ad



Baptizat⁹ aūt iesus cōfestim ascēdit d aqua



Et accedēs tē. dixit ei. si fili⁹ dei es dic. &c.









sibila cumana.

patres nostros: abraham et semini eius in secula. loria patri. an. Beata mater et innupta virgo gloriosa regina mundi intercede pro nobis ad dnm. Kyrieleyson. Christe el. Kyrieleyson. Dne exaudi. Et clamor. Oremus.

Concede nos famulos tuos quesumus dne deus perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beate marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristicia et eterna perfrui leticia. Per. an. Sancti dei. ℣. Letamini in domino et exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. Oremus.

Protege domine populum tuum et apostolorum tuorum petri et pauli et aliorum apostolorum patrocinio confidentem perpetua defensione conserva. Per. es sancti tui qs. Vts. Ad vesperas de cruce. eus in adiutorium meum intende ne ad adiuuandum me festina. loria patri. icut erat. etc. an. Salue crux. Hymn9.



Ingressus Jesus templu cepit eijcere vendetes. etc.



De cruce deponitur hora vespertina. Fortitudo latuit in mente diuina. Talem mortem subiit vite medicina. a corona glorie iacuit supina. ℣. Adoramus te christe. ne iesu xpe. Vts. Ad vesperas de sancto spiritu. eus in adiutorium meum intende. omine ad adiuuandum me festina loria pa. etc. an. Veni sancte. etc. Hymnus.




Miserere mei fili dd filia mea male a de. etc.

Dextre dei digitus virtus spiritalis. Nos defendat eruat ab omnibus malis. Ut nobis non noceat demon infernalis. Sed protegat foueat nutriat sub alis. ℣. Emitte spiritum tuum. ℟. Et renouabis. etc. Orem9.

mnipotens sempiterne deus da nobis illam. Vts.

Ad completorium.











Onuerte nos deus salutaris noster. t auerte iram tuam a nobis. eus in adiutoriū meum intende omine ad adiuuandum me festina loria patri. icut erat. &c. ps





Dñe si vis potes me mundare. & extēdēs &c.



Et pteriēs ihs vidit hoiez cecū a natiuitate







Sibilla libica



Resplēduit facies eius sicut sol ⁊ vestimēta



eius facta sunt alba sicut nix. Mathei.18.



Sepe expugnauerūt me a iuuētute mea: dicat nūc
israel Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea:
etenim non potuerūt michi Supra dorsum meum fabri
cauerunt peccatores:prolongauerunt iniquitatem suam.
Dominus iustus concidet ceruices peccatorum:confun
dantur et conuertantur retrorsum omnes qui oderūt syon
Fiant sicut fenū tector:quod priusq̄ euellatur exaruit.
De quo nō impleuit manum suā qui metet:⁊ sinū suū q̄
manipulos colliget Et nō dixerūt qui p̄teribāt bñdictio
dñi sup vos:bñdicimus vobis in noīe dñi. Gloria. ps.
De profundis clamaui ad te dñe:dñe exaudi vocē
meā Fiant aures tue intendētes:in vocē depre-
cationis mee Si iniquitates obseruaueris dñe:dñe quis
sustinebit. Quia apud te propiciatio est:et propter legem
tuam sustinui te dñe Sustinuit aīa mea in verbo ei⁹:spe
rauit aīa mea in domino. A custodia matutina vsqz ad
noctē:speret israel in domino Quia apud dñm misericor
dia:⁊ copiosa apud eum redemptio Et ipse redimet israel
ex omnibus iniquitatibus eius Gloria patri. ps
Domine non est exaltatū cor meum:neqz elati sūt
oculi mei. Neqz ambulaui in magnis:neqz in mirabili-
bus super me. Si non humiliter sentiebam:sed exaltaui
aīam meam Sicut ablactatus est super matre sua:ita re
tributio in aīa mea Speret israel in domino:ex hoc nunc
et vsqz in seculum. Gloria patri. Hymnus. Memē
to salutis auctor. vẽs. Capitulum
Ego mater pulchre dilectionis et timoris ⁊ magni-
tudinis et sancte spei. Deo grās. ℣. Ora p̄ nobis
sanctissima dei genitrix. ℟. Vt digni efficiamur p̄missio
nibus christi. ān. Sub tuum. Canticum symeonis.
Nunc dimittis seruū tuū dñe:scd̄m verbum tuum
in pace Quia viderunt oculi mei:salutare tuum
Quod parasti:ante faciē oīm populor Lumē ad reue





lationem gentium:et gloriā plebis tue israel. Gloria.ān.
Sub tuū presidiū cōfugimus sācta dei genitrix nostras
deprecationes ne despicias in necessitatib⁹: sed a periculis
cūctis libera nos semp virgo benedicta. Kyriel'. Christe
eleyson. Kyriel'. Dn̄e exaudi. Et clamor meus. Ore⁹.
Eate ꝛ gloriose semperqꝫ virginis marie q̄s dn̄e
intercessio gloriosa nos ꝓtegat et ad vitā ꝑducat
eternā. Per dn̄m.ān. Sancti dei.℣. Letamini.ꝛc. Orō.
paudi nos. mnes sancti. Vts. Benedicamus dn̄o.
Deo grās. Bn̄dicat et custodiat nos omnipotens ꝛ mise
ricors dominus pater et filius et spiritussanctus. Amen.
Ad completorium de cruce. onuerte nos deus salu
taris noster t auerte eus in adiutorium. n̄e ad
adiuuandū. loria patri.ān. Salue crux. Hymn⁹.
O ra completorii datur sepulture. Corpus christi
nobile spes vite future Conditur aromate complē
tur scripture. Jugi sit memoria mors hec michi cure.℣sus
Adoramus te.orō. n̄e iesu. Vts. Recommendatio
As horas canonicas cum deuotione. Tibi christe
recolo pia ratione. Vt qui pro me passus es amo
ris ardore. Sis michi solatium in mortis agone. Ad
completorium de sanctospū. onuerte nos. t auerte
iram tuā.ꝛc. eus in adiutoriū.ān. Veni sancte. Hy⁹.
Pūs paraclyt⁹ nos velit iuuare. Gressus nr̄os re
gere et illuminare. Vt cū de⁹ venerit oēs iudicare
Nos velit ad dexterā suā appellare.℣⁹. Emitte spm̄.ꝛc.
As horas canonicas cū deuo Recommēdatio
tione. Tibi sancte spūs pia ratione. Dixi vt nos
visites īspiratione. Vt viuam⁹ iugiter celi regione. Am̄.
Alue regina misericordie vita dulcedo et spes no
stra salue: ad te clamamus exules filii eue: ad te
suspiramus gementes et flentes in hac lacrimarum val
le. Eya ergo aduocata nostra illos tuos misericordes ocu


accedētes pharisei interrogabāt eum.ꝛc.


Venit mulier d samaria haurire aquā.ꝛc.









·sibila·libica·

los ad nos conuerte: et iesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende. O clemens. O pia. O dulcis maria. ℣. Aue maria gratia plena dominus tecum. ℟. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fruct⁹ ventris tui. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus qui gloriose virginis matris marie corpus et animam vt dignum filii tui habitaculum effici mereretur spiritusancto cooperante preparasti: da vt cuius commemoratione letamur: ei⁹ pia intercessione ab instantibus malis et a morte perpetua atqz subitanea liberemur. Per dn̄m. Fidelium anime defunctorum per misericordiam dei requiescant in pace. Amen.

Deus misereatur nostri. quere in laudibus. ℣. Domine deus virtutum conuerte nos. ℟. Et ostende faciem tuam et salui erimus. ℣. Exurge christe adiuua nos. Et libera nos propter nomē tuum. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oremus

Deus qui illuminas noctē et lucē post tenebras facis cōcede nobis famulis tuis: vt hanc noctē sine vllo impedimento sathane trāseamus atqz in matutinis horis ad sanctum altare tuum recurrentes tibi domino deo viuo et vero laudes et gratias agamus. Per. Oratio.

Protector in te sperantium deus sine quo nichil est validum nichil sanctū multiplica super nos misericordiam tuam vt te rectore te duce sic transeamus per bona temporalia vt non amittamus eterna. Per dominū

Pro fidelibus defunctis. ps. De profundis. ℣. Requiem eternā dona eis dn̄e. Et lux perpetua luceat eis. Dn̄e exaudi. Et cla. Require orationes in officio pro defunctis.

In aduentu dn̄i officiū beate marie dr modo predicto exceptis specialibus an̄tis in tempore inferius ordinatis. Ad vesperas primi sabbati de aduentu dn̄i vsqz ad vigiliā natiuitatis dn̄i agitr officiū modo subscripto. Sabba




Jesus aūt iclinans se deorsū digito scribēs.



De qnqz panibus et duobus piscib⁹. Jo. 6.













to ante primam dominicam aduentus. Ad Vesperas
eus in adiutorium omine ad adiuuandum. lo-
ria patri. icut erat in prin. &c. an. Missus est. cum reli-
quis aiis de laudibus. ps. Dixit dominus. Laudate pue
ri. cum reliquis psalmis. Capitulum
Gredietur virga de radice iesse et flos de radice eiꝰ
ascendet et requiescet super eum spiritus dni. Deo
gratias. Hyꝰ. Aue maris stella. ℣ꝰ. Diffusa est gratia in
labiis tuis. ℟. Propterea benedixit. Ad magnificat. an.
Spiritussanctus in te descendet maria ne timeas habens
in vtero filiũ dei. alla. Kyrieleyson. Christe el. Kyriel.
Domine exaudi. Et clamor. Oremus.
Eus qui de beate marie virginis vtero verbum
tuum angelo nunciante carnẽ suscipere voluisti:
presta supplicibus tuis vt qui vere eam dei genitricem cre
dimus eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eun
dem. &c. an. Ecce dominus veniet & omnes sancti eius cũ
eo et erit in die illa lux magna. allelupa. ℣. Ecce appare
bit dominus super nubem candidam. ℟. Et cum eo san-
ctorum milia. Oremus.
Onscientias nostras qs domine visitando puri
fica vt veniens dñs noster iesus christus cum om
nibus sanctis paratã sibi in nobis inueniat mansionem.
Qui tecum viuit. &c. Benedicamus dño. Deo gratias.
Ad completorium onuerte nos deus salutaris no-
ster. t auerte iram tuam a nobis eus in adiutorium
ps. Sepe expugnauerunt. De profundis. Domĩe nõ est
exaltatum. Hymnus. emento salutis. vñs. Cpm
Cce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur
nomen eius emanuel. butirum et mel comedet vt
sciat reprobare malum et eligere bonũ. Deo gratias. ℣.
Angelus domini nunciauit marie. Et concepit de spiritu-
sancto. an. Spiritussanctus. psalmus. Nunc dimittis. ã.



Et cũ itinxisset
panẽ dedit iu-
de symõis sca.



Cõstituerũt ei
trigita argẽte-
os et exide. &c







Spiritussanctus. q̃re in Vesperis. Ad matutinas omnia dicuntur sicut ante aduentum dñi Usq3 ad lectiones/ exce pta. añ. noni ps. Et loco eius Ubi dicitur. Post partum: dr añ. Angelus. Et loco illarum lectionũ/ scz. In omnibus requiem. Et sic in syon. et Quasi cedrus: dicuntur lectio/nes que sequũtur. Lectio prima.

Missus est gabriel angelus a deo in ciuitatem gali/lee cui nomen nazareth ad Uirginem desponsatam Uiro cui nomen erat ioseph de domo dauid et nomen Uir/ginis maria. Et ingressus ãgelus ad eam dixit. Aue gra tia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus. Tu autem domine miserere nostri. ℟. Missus est gabriel an/gelus ad mariam Uirginem despõsatam ioseph nunciãs ei Uerbum ⁊ expauescit Uirgo de lumine: ne timeas maria inuenisti gratiam apud dominum. Ecce concipies et pa/ries filium et Uocabitur altissimi filius. ℣. Dabit ei do/minus sedem dauid patris eius ⁊ regnabit in domo iacob ineternum. Ecce concipies. ⁊c. Lectio secunda.

Que cum audisset turbata est in sermone eius et co gitabat qualis esset ista salutatio Et ait angelus ei. Ne timeas marias inuenisti enim gratiam apud deũ. Ecce concipies in Utero et paries filium et Uocabis no/men eius iesum. Hic erit magnus et filius altissimi Uo/cabitur. Et dabit illi dominus deus sedẽ dauid patris ei⁹ et regnabit in domo iacob ineternum et regni eius nõ erit finis. Tu autem domine. ℟. Aue maria. Spiritussanct⁹ superueniet in te et Uirtus altissimi obumbrabit tibi: quod enim ex te nascetur sanctum Uocabitur filius dei. ℣sus. Quomodo fiet istud quoniam Uirum non cognosco? Et respondẽs angelus dixit ei. Spiritussanctus superueniet in te. ⁊c. Lectio tercia.

Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet istud quoniam Uirum non cognosco? Et respon/





At ergo dixit eis ego sũ ubi erũt retrorsũ.



Quẽcũq3 osculat⁹ fuero ipe ẽ tenete eum





sibila agripa



dens angelus dixit ei. Spiritussanctus superueniet in te ꝛ
virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoqꝫ et quod nascet̃
ex te sanctum vocabitur filius dei. Et ecce elizabeth co-
gnata tua et ipsa concepit filiũ in senectute sua. Et hic mẽ
sis est sextus illi que vocatur sterilis: quia non erit impos
sibile apud deum omne verbum. Dixit autem maria. Ec
ce ancilla domini: fiat michi secundum verbũ tuuz. Tu
autem domine. ℟. Suscipe verbum virgo maria qđ ti
bi a dño per angelum transmissum est concipies deum
pariter et hominem. Ut benedicta dicaris inter omnes mu
lieres. ℣. Paries quidem filium ꝛ virginitatis non patie
ris detrimentum efficieris grauida ꝛ eris mater semper in
tacta. Ut bñdicta. Gloria patri. Ut bñdi. In laud. añ.
Missus est gabriel angelus ad mariam virginem
desponsatam ioseph. ps. Dominus regnauit. añ.
Aue maria gratia plena dominus tecum: benedicta tu in
mulieribus et benedictus fructus vẽtris tui. alleluya. ps
Jubilate. añ. Ne timeas maria inuenisti gratiam apud
dominũ ecce concipies ꝛ paries filium. alleluya. ps. Deꝰ
deus meus. añ. Dabit ei dominus sedẽ dauid patris eius
et regnabit in domo iacob ineternũ. ps. Benedicite. añ.
Ecce ancilla domini: fiat michi secundum verbum tuum
ps. Laudate dominum de celis. Cpm. Egrediet̃ virga.
quere in primis vesperis. Hyꝰ. O gloriosa. ℣ꝰ. Benedi-
cta tu in mulieribus. ℟. Et benedictus fructus ventris
tui. Ad benedictus. añ. Spiritussanctus superueniet. ꝛc
Kyrieleyson. Christe eleyson. Kyrieleyson. Oratio. De
us qui de beate marie. Ut supra. añ. Ecce dominus veniet
℣ꝰ. Ecce apparebit. ℟. Et cum eo sanctorum. Oratio.
Conscientias nostras. Utš. Quere totum in primis ve-
speris. añ. Aue stella matutina. Ad primam. añ. Mis
sus est gabriel. ℣. Dignare me laudare te virgo. ℟. Da
michi virtutem. Oratio. Deus qui de beate marie. Utš.



Adduxerũt eũ ad annã primũ Johãnis xviii.



prophetisa nobis xpe qs est q te percussit.









Rebecca

ān. Ecce dn̄s veniet. ℣. Ecce apparebit. ℟. Et cū eo. orō Conscientias nostras. Et dr ad oēs horas. Ad tertiā. ān. Aue maria. Cp̄m. Egredietur. ℣. Diffusa est gratia. ⁊c. Pro sanctis. vts. Ad vi. ān. Ne timeas. Capitulū

DAbit ei dn̄s sedem dauid patris eius: et regnabit in domo iacob ī eternū et regni eius nō erit finis. Deo gratias. ℣. Benedicta tu in mulieribus. ℟. Et benedict⁹ fructus vētris tui. Pro sanctis vts. Ad nonā. ā. Ecce ancilla. Cp̄m. Ecce virgo. ℣. Angelus dn̄i nūciauit marie. ℟. Et concepit de spiritusancto. Orationes et versus de sanctis vt supra. Ad vesperas et completorium vt supra. Benedicamus domino. Deo gratias.

Notandū est q̄ aduentus dn̄i semper incipit in dominica proximiori festo sancti andree: siue sit ante siue post.



Quā accusatio nē affertis aduersus hoīem hūc


Veruntamen si accidat q̄ festum sancti andree cadat in dominica: etiam ibi in eadem dominica debemus incipere aduentum domini. Et quādo festum beati andree est in die iouis/ veneris/ vel sabbati: aduentus dn̄i erit in dominica sequenti. Quando vero est in die lune/ martis/ vel mercurii: aduentus dn̄i incipit in dominica precedenti. Et hec sufficiant.




apprehēdit pylat' iesū ⁊ flagellauit eū. io. 19.

Vlterius notandum est q̄ a vigilia natiuitatis domini vsq3 ad purificationem beate marie fit officiū sicut ante aduentum: excepto q̄ per omēs horas dicitur hec oratio Deus qui salutis. Additis orationibus de apostolis cum aliis. et cum suis versiculis et an̄is sicut notatum est ante aduentum in officio. Et nota q̄ nichil mutatur in matutinis. sed dicitur ad longum sicut sunt notata.

Item ad laudes et per omnes horas diei: et ad vesperas/ ⁊ ad completorium: dicuntur an̄e que sequuntur. quia loco illius an̄e Assumpta est. dr hec an̄a. O admirabile commercium creator generis humani animatum corpus sumens de virgine nasci dignatus est: et procedens homo







sine semine largitus est nobis suam deitatem. ps. Domi
nus regnauit. ān. Quando natꝰ es ineffabiliter ex Virgine
tunc implete sunt scripture/ sicut pluuia in vellus descen/
disti Ut saluum faceres genus humanum te laudamus de
us noster. ps. Jubilate. ā. Rubum quem viderat moyses
incombustū conseruatam agnouimus tuam laudabilem
Virginitatem dei genitrix intercede pro nobis. ps. Deus
deus meus. ān. Germinauit radix iesse orta est stella ex
iacob Virgo peperit saluatorem te laudamus deus noster.
ps. Benedicite. ān. Ecce maria genuit nobis saluatorem
quem iohannes videns exclamauit dicens: ecce agnꝰ dei/
ecce qui tollit peccata mundi. alleluya. ps. Laudate domi
num de celis. Ad benedictus ān. Mirabile mysterium de/
claratur hodie innouantur nature deꝰ homo factꝰ est: id quod
fuit permansit et quod non erat assumpsit: non commixti/
onem passus neqꝫ diuisionem. Ad Magnificat et Nunc
dimittis. ān. Magnum hereditatis mysterium templum
dei factus est Uterus nesciens Uirum non est pollutus ex
ea carnem assumens omnes gentes Uenient dicentes glo
ria tibi domine.



Uidēs pylatus qꝛ nichil ꝑficeret accepta. ꝛc.

Sciendum est ꝙ a Uigilia pasche Usqꝫ ad ascensionē
domini fit officium beate marie sicut ante aduentum. ex/
cepto ꝙ ad Benedictus et ad Magnificat dicitur hec ān.
Regina celi letare alleluya. Quia quem meruisti porta/
re. alleluya. Resurrexit sicut dixit alleluya Ora pro nobis
deum. alleluya.




Et baiulās si bi crucē exiuit i eū q̄ dr cal. ꝛc

Sequuntur septem psalmi penitentiales.
ān. Ne reminiscaris. Psalmus.











Crucifixert eũ
⁊cũ eo alios du
os hic et hic. ⁊c̃



Ueit ioseph ab
arimathia ⁊ tu
lit corpus iesu.





Domine ne in furore tuo arguas me: neqꝫ ĩ ira
tua corripias me. Miserere mei dñe quoniã in
firmus sum: sana me dñe qm̃ conturbata sunt
ossa mea Et aĩa mea turbata est valde: sed tu
















dñe Vsquequo ouertere dñe et eripe aiam meã: saluum me fac ꝑpter miam tuã m nõ est in morte qui memor sit tui: in inferno autẽ quis cõfitebit̃ tibi aboraui in ge mitu meo lauabo per singulas noctes lectũ meũ: lachry-






sibila cumana.

mis meis stratū meum rigabo. urbat⁹ est a furore ocu
lus meus:inueterauí inter oēs inimicos meos. iscedite
a me oēs qui operamini īiquitatē:qm̄ exaudiuit dn̄s vo
cē fletus mei xaudiuit dn̄s deprecationē meā:dn̄s orō
nē meā suscepit. rubescāt ⁊ cturbent̄ vehemēter oēs ii
mici mei:cōuertant̄ ⁊ erubescant valde velociter. Gloria

B
Eati quorum remisse sunt iniquitates:et quorū tecta
sunt pctā eatus vir cui nō imputauit dn̄s pec
catū:nec est in spiritu eius dolus. m̄ tacui inueteraue
runt ossa mea:dū clamarē tota die m̄ die ac nocte gra
uata est super me manus tua cōuersus sum in erūna mea
dū cōfigitur spina elictū meū cognitū tibi feci:⁊ iniu
sticiā meā non abscondi ixi cōfitebor aduersum me in
